et absolutum generaliter perpetuo Inscriptionis eius, quoad summam ad rationem receptam in toto et totam cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione commissorum perpetuum imponendo silentium salva nihilominus restante summa quae et quanta apud eundem Generosum Cieszynski restat tum et eadem Intercapitaneo pleno vigore reservata

Kanimierow Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Christophorus Kanimier olim Generosi Nicolai de Tuchowice Kanimier cum olim Generosa Zuzanna Kozlowska genitus filius ab una et Catharina Lurczycka olim Generosi Joannis Lurczycki cum olim Generosa Helizabetha Jaholdzinska genita filia parte ab altera coniuges thori Maritalis pro se consors vero cum assistentia Mariti sui ad Actionis coniugalis sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesentisque Iurisdictioni praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis quoad Actum Praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac personaliter recognoverunt et quilibet illorum seorsim de suo Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium ac summarum quarumvis pecuniarum nec non auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum peconum pecudum equitum totiusque supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae mutuum usumfructum et Advitalitatem ad extrema duntaxat Vitae suae tempora concedunt et

pertinentiis inservient, tali videlicet modo. Quod si et in quantum
praefatum Dominum Christophorum Kanimier maritum prius quam dictam
Catherinam Zuwczycka Consortem suam e vivis decedere contigerit
extunc eadem Consors bona supradicta sua morte mariti sui de-
relinquenda tam Mobilia quam immobilia ac summas
quascunque Commissionibus suprascriptis superius expressas cum omni Jure
Dominio, proprietate, pinguitate, fructibus, proventibus, com-
modis, redditibus, utilitatibus, attinentiis et pertinentiis genera-
liter universis ex eisdem bonis suprascriptis modo quovis prove-
nientibus nihil excipiendo, tenebit, habebit et possidebit, eisque
ad extrema vitae suae tempora ususfructuabitur. Post Mortem vero
eiusdem Consortis bona eadem generaliter omnia ac Commissa
superius expressa Jure Advitalitio subiecta Morte Memorati
Mariti derelinquenda ad Successores eiusdem Mariti sine quavis
contradictione successorum Memoratae Consortis pleno Jure redibunt
et similiter si et in quantum prius praefatam Dominam Catherinam
Zuwczycka Consortem suam quam praefatum Dominum Christopho-
rum Kanimier Mariti mori contigerit, extunc idem Ma-
ritus bona suprascripta generaliter sua Commissa superius ex-
pressa Morte Consortis suae derelinquenda cum omni Jure Do-
minio, proprietate, pinguitate, fructibus, proventibus,
commodis, redditibus, utilitatibus, attinentiis et pertinentiis gene-
raliter universis, tenebit, habebit, possidebit, eisque utifruetur, ad
extrema vitae suae tempora. Post Mortem vero ipsius Mariti
bona eadem ac res superius specificatae, praefatae Consortis propria
ad Successores Consortis eiusdem, totaliter et plenarie absque quavis
contradictione Successorum Memorati Mariti pleno Jure redibunt et
devolventur Haeredibus paternalibus, regnicolis ad praesentem Mediantibus

Idem